



Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXIII. Mortem exspectanti Virgo adest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

de, ut te exosculer: hoc nuptiarum sit initiū , quae ue-
rae , & perfectae apud filium meū huiusmodi die fiēt
fensit illam Dei parentem purissimam , & illibatā esse ,
quae hominum integritate , & castitate miris modis
oblectatur . Quare ab eo tempore insani eius amo-
ris ardor ita in milite extinctus est ; ut ualde heri ip-
sius uxor miraretur . His omnib. eremitae patefactis ,
& ego, inquit, ille, hisce nuptijs celebrandis interesse
cupio . praestituta die adueniente miles in eremitae
conspictu animam efflauit ; quae leuissimo uolatu ad
celebrandas in coelesti cubili nuptias euolauit .

MIRAC. VIRG. XXIII.

Mortem expectanti Virgo adeſt.

Sacerdotis famulus , qui mutus erat , & surdus , in
grauissimum morbum inciderat , & iam in uitae
periculo uersabatur . Eum tunc Virgo salutauit
huiusmodi uerbis : te filius meus saluum , & incoluē
propitiatus seruet , protegat , & foueat . Quib. dictis
statim mutus loqui , & liquidō audire incepit . Quin-
etiam monitus fuerat ab eadem beneficētissima Vir-
gine , ut accerferet sacerdotem , uti peccatis omnib.
editis mystico pane aleretur . Se. n. illum secum ad
beatorum aeuum perdueturum , ipsa promittebat .
Mirabantur omnes , cur ei , qui mutus natus erat , fan-
di potestas data esset . Dixit ille , à Virgine se tam im-
mortali beneficio fuisse affectum , quam suis oculis eo
tempore uiderat . Scire omnes studebant , quaenam
tanti muneris , & tantae beneficentiae erga illum fuif-
erat
set

set causa. Testatus est ipse, nunquam quicquam aliud se coelestis reginae sacrato nomini expendisse, praeter exiguum ieiunij tributum. Etenim cum eo die qui Virgini consecratus est, herus sacerdos ieiunaret; & ipse, rem optimam existimans, illum imitabatur. Id ibi a sacerdote planè confirmatum est. Quare, qui illic aderant, omnes passis manib. Virginem castissimè uenerabantur, & colebant.

MIRAC. VIRG. XXIIII.

Abbatis morienti Virgo opitulata est; eumq. ab aeternis poenis eripuit.

HEnricus, Certesij coenobita, quia quoddam coenobium praefecto carebat, inuitis omnib., ut gradum illum obtineret, operam dabant eius prouinciae rege intercessore, illud munus administravit; quod ab omnib. aegrè ferri, idem rex intelligens, eundem illinc amotum, Haliësi coenobio praefeciendum curauit. Diu paeclarè ibi se gesserat; cum iterum Certesium rediit, ubi paucis post dieb. grauissimo morbo coepit laborare. Etsi ceteris in reb. non admodum spectata erat in Henrico probitas; tamen in eo maximè laudandus erat, quia simplici, & aperto animo Virginè colebat, & saepissimè ad eius nominis memoriam colendam, Deo rem diuinam solebat facere. Progressus iam erat morbus; & ipse monacus mortis metu affectus praefectum accersuerat, ut purae confessionis sacramento animam expiaret ne ob peccata aeternis poenis addiceretur. Interim uidens